

ad *Isid. Hispal. Orig. L. I. C. XX.* audias,  $\Phi$  et  $P$  est, literae initiales vocis  $\Phi\gamma\omega\nu\tau\epsilon\omicron\nu$ ; cum Signum hoc loca obscura ideoque bene perpendenda denotet. Codicem terminat nota illa Vocum hebr. et graec. per Alphabeti feriem interpretatio, et *Registrum super epistolas. et evangelia que continentur in missis per circulum anni.* Margines illius locis parallelis, etiam ex originali textu, et versionibus graec. desuntis, notulis hermeneuticis, et PP. effatis, subductis item versuum rationibus conspersi Librarium aut Possessorem hominem adprime intelligentem et Verbi divini studiosum testantur. **E** *Lelongii Bibl. Sacra* abest.

XIX. VII. *Bibl. 18.*

94 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 449. f. per duas columnas scriptus, librorum initiis deauratis depictisque continet item *Biblia sacra ex vulgata interpretatione*, et quidem ordine sequenti: *Pentateuchum* primo folio mutilum. *Josue. Judices. Ruth. Regum IV. Paralipomenon II. Esdrae I. Nebemiam. Esdrae II.* reipsa III. Librum *Thobiae. Judith. Esther. Job. Machabaeorum II.*

itaque Libros historicos una serie. *Salomonis Parabolas. Ecclesiasten. Cantica. Ecclesiasticum* adnexa *Oratione Salomonis* compilata ex III. *Reg. 8. et Paralip. II. 6. Sapientiam Capp. XX.* diviso in duo C. XVIII. *Isaiam. Jeremiam* cum *Baruch. Ezechielem. Danielem.* XII. *Prophetas minores* hac clausula miniata: *Expliciunt prophete. et Incipiunt Libri evangeliorum.*

Omisso itaque *Psalterio* a fol. 323. p. 2. orditur N. T. hac ferie: IV. *Evangelia. Epistolae Pauli XIV. Canonicae Jacobi, Petri, Johannis, Judae. Job. I. c. 5.* testimonium sic legitur: *Sicut in celo tres sunt. pater. et verbum. et spiritus. et tres unum sunt. Quoniam tres sunt qui dant testimonium in terra. sicut aqua et sanguis et spiritus. et hij tres unum sunt.* Sequuntur *Actus Apostolorum* et *Apocalypsis.* Omnes hae Partes aut *Hieronimi Prologis*, aut consuetis illis *Argumentis* sive *Summariis* instructae sunt. Codici a fol. 422. finem imponit exarata per tres columnas Nominum hebr. et graec. Interpretatio hoc rubro: *Interpretationes beati Jeronimi Presbyteri Secundum ordinem Alphabeti*, quibus Librarius ad calcem sic accinuit:

*Cum legis hic lector genibus flexis ego scriptor  
Supplex in christo te queso mei memor esto.  
Quis fuerit scriptor si vis cognoscere lector.  
Nyclus dictus rogo te dic sit benedictus.*

Cum in Evangelio *Job. C. I. pro bit, ut in Codicibus et Impressis Bohemice* versis hujus aevi, facile  
*Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat. C ad-*

adducor, ut credam, hunc etiam *Codicem* in *Bobemia* scriptum fuisse.

XX.VIII. F. 2.

458 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 501. 4. per duas columnas nitide exaratus, rubricis distinctus, picturatisque Librorum initiis visendus Sacra continet *Biblia V. et N. T.* excepto *Psalterio*. Versio vulgata est, Prologis *Hieronymianis* instructa, notatis minio per marginem partibus, quae certis diebus in Ecclesia legi solent. In *V. T.* nulli Libri *Samuelis*, sed *IV. Regum. L. I. Esdrae c. 3. v. 1.* defunt haec: *Jamque venerat mensis septimus, et erant filii Israel in civitatibus suis.* Et *c. 4. v. 5.* haec: *et usque ad regnum Darii regis Persarum.* Adest

*Expleto libro referamus gratiam christo.  
Jacobus scriba Primordia Scripsit. Et yma.*

*Fol. ult. p. 2.* ab alia manu sequitur lingua rudi gallica *Rhythmus*

*Je te salue maria  
En qui dieu son filz maria  
Al humaine fragilite  
Dieux quel mariaige cya*

Inter alia mentio fit *Theophili* dicti

*Jadi par toy fu visite  
Theophile et aquite  
Maulgre celuj qui lennia.*

Nolo praeterire hujus olim *Codicis* Possessores. *Fol. 1.* praevio legitur: *Istum librum emit frater iohannes de amali ab aurilianen. epi-*

*Liber III. Esdrae*, ad cujus calcem *fol. 195. p. 2.* incertum quo errore adscripta est *Prophetia Zachariae* a *C. XI. v. 6.* et *Malachiae* integra, ita tamen, ut *v. 12. 13. 14.* e *C. III.* evulsi finem *C. IV.* feu *ultimi* constituent. Monetur tamen Lector post absolutos *fol. 346. p. 2.* *Prophetas* hac rubrica: *Quod hic tibi deest lector tu supra require. post esdram scriptum reperies totum. L. II. Machab. C. 12. v. ult.* legitur: *Sancta ergo et salubris est cogitatio &c.* In *N. T. Actus Apostolorum* inter *Epistolas Paulinas* et *VII. Canonicas* intercedunt. Testimonium duplex *I. Job. c. 5.* a prima manu absque ulla lima habetur praecedente terrestri, in quo *το hij.* In fine accedit nota illa *Vocum Hebr. et Graec.* Expositio, cui subjungitur:

ad *B. V. Mariam* versuum 72. hujus initii:

*Pour ce riche mot maria  
Limon est joint a deite  
Immortel a mortalite  
Tout ce fist cherite &c.*

*Poenitentis:*

*scopo in concillio bassilien. cum esset orator domini regis castelle, antequam esset ibidem consecratus episcopus. Non irveni Johannem hunc*  
in